Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

esse potuit de peccatore subtraxit. Aut calidus ergo
quisq; et aut frigidus quertur ne tepidus euomitur:
ut uidelicet aut nec dum conuersus adhuc de se con
uersionis spem prebeat. aut iam conuersus in uirtutib⁹
inardescat. ne euomat tepidus quia calore quē ꝓposuit
tepori admorum frigus redit. xxxvi.
Aliter admonendi sunt qui mala occulte agunt.
et bona publice. atq; alii qui bona que faciunt absconde
dunt. et tamen quib⁹dam factis publice mala de se opi
nari pmittunt. Admonendi enim sunt qui mala occul
te agunt et bona publice. ut pensent humana iudi
cia quanta uelocitate euolant. diuina autem quanta
inmobilitate pdurant. Admonendi sunt ut in fine
rerum mentis oculos figant. quia et humane laudis
attestatio preterit. et superna sententia que et abscondita
penetrat. ad retributionem ppetuam conualescit. Dum
igitur occulta mala sua diuinis iudiciis recta autem sua
humanis oculis ante ponunt. et sine teste e bonum
quod publice faciunt. et in fine eterno teste e quod
latenter delinquunt. Culpas itaq; suas occultando
hominib⁹ uirtutes que pandendo et unde puniri
debeant abscondentes detegunt. et unde remune
rari poterant detegentes abscondunt. Quos
recte sepulchra dealbata speciosa exterius sed